et Marchio Leupoldus eiusdem
loci fundator predictus. Cum
ab eo tamquam a fundatore
a cunctis coram astantibus
exigeretur: ut in fundamento
monasterii primum lapidem po-
neret. Ipse ut erat vir piissi-
mus omnino contradixit et hoc
a clerico debere fieri dignum et
iustum affirmavit. Itaque ipso
iubente et presente. Otto primus
eiusdem loci prepositus hoc an-
no dominice incarnacionis .ij.
Idus Iunii primum lapidem
imposuit in honore domini nostri
Ihesu Christi et gloriose virginis
Marie. Eadem die accidit fe-
stivitas Sanctorum martirum Basili-
dis Cyrini Naboris et Nazarii
Eadem die sub devocione simi-
li etiam dominus Marchio memoratus
primum lapidem poni fecit in
fundacione Monasterii Sanc-
te Crucis ordinis Cysterci-
ensium. quod tunc vocabatur
in Satelbach. Hic est ille Leu-
poldus Marchio Austrie qui
cognominabatur pius. nec im-
merito. Instinctu enim pietatis
duo claustra in Marchia sua

instituit. primum et precipuum
Newenburch nomine iam su-
perius dictum Cum Canonicis
secularibus quibus et prepositum
dedit supra memoratum Ottonem.
Hunc eciam locum hoc modo
extulit quod sicut est factum. se uxo-
remque suam ibi sepeliri voluit.
Secundum claustrum apud Sanctam
Crucem Griseis monachis
ut apparet satis magnificum.
neutrum tamen morte preve-
niente in edificiis consumare
potuit. Ad perficiendum vero predia
et villas largissime contradidit.
Tercium vero a progenitoribus
suis constructum Medlich nomine
gravis labibus et debitoribus omnibus
devastatum adeo quod nulla ho-
minum inhabitacio erat et
edificia corruerant restau-
ravit edificiis possessionibus
amplioribus dotavit et privile-
giis communivit ac ad statum
tranquillum reduxit in quo
adhuc hodie favente altis-
simo perseverat. Predictus et
Marchio zelo pietatis et di-
vino instinctu motus eisdem
Canonicis in Newnburch